UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

infamiã irrogat, nã hũiliores fortunę ſummo ſupplicio afficit honeſtiores ĩ inſulã deportat, aut ĩ metallũ relegat & dãnat.

Sepulchri uiolati actio infamiã irrogat ff de ſepul. uiola. l. i. Et le. Prætor ait, cuius dolo malo ſepulchrũ uiolatũ eſſe dicitur, in eum in factum iuditiũ dabo, ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquũ eſſe uidebit condemnet. Ea. le. Aduerſus eos qui cadauera ſpoliant, præſides ſeuerius interueni re ſolent, maxime ſi manu armata aggrediantur. Vt ſi armati more latronũ id egerint, etiam capite plectant, ut diuus Seuerus reſcripſit. Si ſine armis uſq; ad pœnã metalli procedat. Eo. ti. le. Sepulchri uiolati crimen poteſt dici ad legem Iuliã, de ui publica pertinere. Et le. Rei ſepulchrorum, in qua lege concluſio præſens fere ad uerbum continetur.

Nemo humanum corpus ad alium locum ſine Auguſti afflatibus transferat C. de religio. & ſump. fu. Nemo.

CONCLVSIO XXXVII.

Famoſus eſt qui ſanctorũ ſtatuas & imagines cõfregerit, conflauerit, quia lege Iulia maieſtatis tenet, nam hoc crimen niſi a ſucceſſoribus purget hereditas, etiã fiſco uendicatur.

Hæc concluſio accepta eſt ex ff Ad le. Iul. ma. le. Is qui.

Statuæ in ciuitatib⁹ erectæ non ſunt ciuiũ, ſicut Trebatius & Pegaſus dicunt, Ideoq; curet præſes, quicquid eo animo cõmuniter erectũ atq; locatũ eſt, ne id quicunq; priuatus tollat. Neq; is quidem qui eas illic collocauit ff de acqui. re do.

Euangelici fures gloriant, & uerbi dei ſe iactitant imitatores, obijciã ergo illis dei uerbũ, Deu. vij. Sculptilia eorũ igne cõbures. Non concupiſces argentũ & aurũ, de quibus facta ſunt, neq; aſſumes ex eis quicq; tibi, ne offendas, propterea quia abominatio eſt dñi dei tui, nec inferes quippiã ex idolo in domũ tuã, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiã deteſtaberis, & uelut inquinamentũ ac ſordes abominatiõi habebis, quia anathema eſt. Noſtra igit uel aurea uel argentea ſculptilia, qa pro idolis habẽt & anathemate, quare ex eis

argentũ

argentũ ſibi cõcupiſcũt & aurũ, quũ in his uerbis ſupreme ſit ꝓhibitũ. Aeque ſunt illis imagines iſtæ idola ſicut eccleſiæ furata bona Zwinglio theſaurus, & lupo aſinus molinari⁹ in aqua ſtans piſcis, qppe, q̃d piſcẽ animal didicerat in aqs eſſe.

CONCLVSIO XXXVIII.

Famoſus eſt, q ſacras cœleſtiũ ciuiũ ſtatuas & imagines ſine adorationis ambitioſo faſtigio conſecratas, nulliſcꝫ ſacris literis uſcꝫ prohibitas irreuerenter tractarit, quia uirtutum præmia tribui merentibus conuenit, & ob id lex ſtatuas erigi præcepit, ac lege iulia maieſtatis uiolatores damnauit.

Et uirtutũ præmia tribui merentib⁹ cõuenit, & alioꝝ honores alijs damnoꝝ occaſionẽ fieri non oportet C. de ſta. & ima. Et uirtutũ. Sed & clare lex ipſa his uerbis præcipit. Si qñ noſtræ ſtatuæ uel imagines erigunt̃, ſeu dieb⁹ ut aſſolet feſtis ſiue cõmunib⁹ adſit iudex ſine adoratiõis ambitioſo faſtigio. Eo. ſi qñ. Vbi dilucide patet euangelicos necꝫ in nos emẽtiri, quod idolatriã exerceamus imagines adorãdo, quũ eas dumtaxat erigamus in ueritatis ſpeculũ, & imitationem earundẽ quum intuent̃, ſuntcꝫ laicis loco ſcripturarũ iuge memoria, quum alioqui & ſcripturæ & uerba tranſeant.

Ita & non aliter prohibet dñs deus in plæriſcꝫ locis Bibliæ, imagines & ſculptilia ne ſcilicet adorent̃, Leuit. xxvi. Non facietis uobis idolũ & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignẽ lapidẽ ponetis in terra ueſtra ut adoretis eum, & hæc uocant̃ idola & imagines falſoꝝ deoꝝ, quæ Chriſtianitas ipſa nuncꝫ acceptauit, ſed apoſtoli illas demoliti ſunt. Sed memoratiue imagines in nullis uncꝫ ſacris literis fuerunt prohibitæ.

Zwinglius ille noſter oĩum hereticoꝝ & furũ facile caput & princeps, in quodã a ſe cõſputo libello contra quincꝫ Chriſtianos cantones Heluetioꝝ mirũ in modũ lamentat̃ & conquerit̃, quod ſcilicet Lucernẽſes eius imaginẽ exuſſerint, de ſemet, nihil queſtus quod imagĩes crucifixi ſaluatoris & omnium ſanctoꝝ ipſe cõbuſſit, ueniã tñ præſtitit aureis & argen